

tificationem vitiorum, quæ debet esse in palliato, vt cum Apostolo dici possit. Mūdus mihi Crucifixus est, & ego mūdus, ad Gal. 6. Alii dicunt q̄ dictæ quatuor Cruces quatuor affectiones significant gaudium, dolorem, spem, & timorē. Prima ante pectus gaudium significat. Secunda quæ a sinistris, spem. Tertia quæ retro, dolorem. Quarta quæ a dextris, timorem. & ista sunt contraria, & sic opposita ponuntur. sed quia quandoque huiusmodi affectiones excedunt, & sunt potius afflictiones. ideo in primis tribus crucibus ponuntur tres acus ad pungendum, ne excedat. In quarta non ponitur acus, quia timor socium aculeum secum portat. vel per primam gaudium, quæ ideo præponitur, q̄ homo semper dēt in cedere læta facie. In secunda dolor, quia in sinistris pādetur omne malum. per tertiam timor, quia timemus quæ non videmus. per quartam spes, ideo sine aculeo, quia vt quis magis speret quam timeat. Vel per ipsas designantur quatuor virtutes Cardinales. per primam ante pectus iustitia, vt semper sit præ oculis. per secundam sortitudo contra aduersa, ideo ponitur a sinistris. per tertiam prudētia, ideo retro ponitur. per quarta temperantia, quæ caret aculeo, quia nunquam excedit, sed alia temperat.

S V M M A R I V M.

- 1 Dicitio, intra, quid notet.
- 2 Ecclesia appellatione, an & quando veniat alia ecclesia vltra cathedralem.

C A P. PRIMVM.



Vm super. Intra quamlibet ecclesiam prouincie suæ Archiepiscopus pallio vti potest, extra ecclesiam non. h. d. Consultatio & respōsio. Secunda, ibi, Quod ita. No. i. q̄ p̄ actū vel forma in traditione rei apposita seruanda est. I. traditionibus. C. de p̄ actis.

- 2 † No. ii. de dictione, intra, quæ not. intrinsecitatem inter extrema, nec extrema actus cui iūgitur, excedit. No. iii. q̄ appellatione ecclesie aliquando comprehenduntur vniuersa liter ecclesie totius diocesis, de hoc. inf. ne præ. vi. l. uas. c. ii. vide de verb. sig. c. cū clerici. No. 4. q̄ insignia iurisdictionalia, vel potestatem significantia in his quæ exercentur p̄ viam voluntariæ iurisdictionis, non extenduntur extra limites diocesis, Not. v. q̄ archiepiscopus processionaliter potest exire aliquando ecclesiam propriam, & tunc, nō vtitur pallio. Et not. q̄ processiones debent fieri ab episcopis cum indumentis episcopalibus, vt hic habes. No. vi. q̄ Archiepiscopus regit prouinciam. † Op. q̄ extra diocesim possit vti pallio. inf. eod. c. ex tuarum. Sol. de iure non potest, vt hic, ex priuilegio sic, vt ibi. Op. secundo q̄ appellatione ecclesie comprehendatur sola ecclesia cathedralis, vt patet de verb. sig. c. cum clericis. Sol. contrarium loquitur in materia stricta, in qua potest alteri præiudicari. hic in materia larga in qua non potest alteri præiudicari. Per quod apparet q̄ si mandaretur episcopo providere in ecclesia sua, nō posset in alia diocesi providere, quod not. Quæro quando quis possit vti pallio? dic q̄ in missa & certis tantum diebus inf. e. c. ad honorem, qui continentur in priuilegio suo. inf. e. c. fi. Quid significet. glo. dicit q̄ plenitudinem potestatis. inf. e. c. nisi. dicit Io. And. q̄ audiuit q̄ significat eum habere alas ligatas, ideo super vtrunque brachium extēditur, hoc non probatur aliquo iure. Quæro an pallio possit vti in ecclesia etiam exempta? Doct. q̄ sic, vt in conc. Vien. de pri. c. archiepiscopo. in cle. Quæro an in tota prouincia poterit vtiquidam q̄ non, sed exponit, prouincia. i. diocesis. Hof. intelligit vt sonat. Aliquando diocesis ponitur pro prouincia. ix. q. ii. c. episcopi. In literis ad lites, dic vt de rescri. c. Roldolphus. De beneficalibus dic, vt eo. ti. ca. quamuis. lib. vi. de pb. c. pro illorum. Quæro an extra ecclesiam possit vti? Aliqui dicunt q̄ non, sed solum in ecclesia, & sic intelligit literam. Vnde dicunt q̄ si ingrediatur ecclesiam processionaliter, vel pro ceteris consecrandis, quod non debet, vti pallio.

S V M M A R I V M.

- 1 Iura personalia non transferuntur etiam per contractum commodati.

C A P. I I.



D hoc. Archiepiscopus alteri archiepiscopo pallium commodare non potest. h. d. sunt duæ partes. Secunda, ibi inquisitioni. No. i. q̄ pallium est personale, & sequitur personam vsque ad mortem velut umbra, & cum pallio sepeliē.

- 2 † No. ii. q̄ iura personalia non possunt ad alios transferri et per contractum commodati. Opp. primo, archiepiscopus potest inuitare alienum archiepiscopum ad celebrandum in propria diocesi, ut patet. vii. q. i. ca. Episcopi. Igitur uidetur q̄ possit ei commodare pallium. Sol. hæc fuit ratio dubitandi, vt sicut poterat inuitare, ita commodare pallium, & c. arg. inf. de offi. deleg. c. preterea. sed contrarium est verum. Opp. secundo, q̄ non sepeliatur cum vestibus, de conse. di. i. c. nemo. ff. de reli. & sum. fun. l. & si quis. §. funeris. Sol. speciale est in vestibus sacerdotalibus & pallio, vt hic, & c. ne mo. loquitur de laico q̄ non dēt inuolui in vestib. sacris, sec⁹ si de clericis. Idem est de vestib. cuiuslibet ordinis, vt in talib. sepeliatur, cuius ordinis est, & hoc habet uniuersalis cōsuetudo, contrariū loquitur de pallio altaris. Contra illos autē qui effodiunt tales causa derobandi, est p̄na. C. de sep. vi. l. pergit audacia. & aut. ibi posita. Intra nouem autem dies ab obitu numerandos nō debet quis molestari ex persona defuncti, ut in auth. ibi signata. Quæro an possit commodare, vt sartor uideat & alius faciat, dic q̄ hic prohibetur commodatum ad usum vtendi, non videndi. Quæro quid si archiepiscopus transferatur ad alium archiepiscopatum, an debet sepeliri cum duobus? De et. dicunt q̄ sic, non poterit tamen vti priuilegio ad usum secundi archiepiscopatus, ponetur tamen pallium secundum desuper, & aliud de subtus. Alii dicunt corpus vestiendum vltimo pallio tantum, primum vero ponetur supra corpus, vel supra caput secundum Inn. quod uidetur rationabili? Ho. & quod dī de duobus, idem de pluribus secundum Io. An.

S V M M A R I V M.

- 1 Mendacium in aliquo casu an sit permittum.
- 2 Archiepiscopus ante pallii traditionem non vocatur Archiepiscopus.

C A P. I I I.



Isi specialis. Per palliū trāsfertur plenitudo Pontificalis officii, & nomē Archiepiscopale. h. d. Prima de iose factū narrat. Secunda ibi, Sane factum aggrauat. Tertia concludit ibi, Tu ergo Quarta ceminatur ibi. Quoniam

- No. i. q̄ ante traditionem pallii non confertur per aliquem actum plenitudo Pontificalis officii, & nomen Pontificale, & sic ante pallii traditionem quis non potest appellari archiepiscopus, & sic non consequitur plenarium effectum & complementum plenariæ potestatis per quod apparet, q̄ a nomine arguatur effectus. No. ii. q̄ malefactum prælati licite ab eo palliatur & emendatur, ne in populi transeat exemplum propter scandalum. No. 3. q̄ ubi ex facto sequitur aut confusio superioris, aut verecundia subiecti, potius superior debet eligere verecundiam subiecti, cuius est culpa, quam confusio suam. & sic quis suum honorem cessante culpa debet præferre verecundie & confusio inferioris sibi subiecti. Opp. q̄ ante traditionem pallii per confirmationem recipit potestatem quo ad illa quæ sunt iurisdictionis. sup. de ele. c. transmissam, & sup. de transla. præ. c. i. saluo quod est in maioribus, sicut est conuocare concilium. d. c. quod sicut. §. preterea. Sol. fateor q̄ recipit potentiam in prædictis, sed potestas in his, quæ sunt ordinis, confertur a tempore traditionis pallii, vt d. ca. q̄ sicut. i. eo. dist. i. ca. quoniam. & sup. tit. i. ca. inter corporalia. † Oppo. secundo, inuit hic licitum palliare quod male fecit, & sic permittitur mentiri, contra ff. de trib. u. l. illud. §. pen. 2. q. ii. c. act. a primum. Soluti. mentiri non licet, a si pro veritate certum peratur, sed bene licet fingere. b Nam Iesus finxit se longius ire. i.

A D D I T I O N E S.

- a † Mentiri non licet. Etiam pro alterius salute, vt 2. q. 2. cap. ne quis & ibi Arc. gl. & Ge. 14. dist. c. quod ait. Ale. de Vin. in cons. contra nequos, quod incipit, in casu in quo requiritur. & Spec. in de pos. §. 1. ouer. quid si debes, & de dec. loc. §. 6. ver. 102.
- q̄ De hoc an liceat m̄tiri etiam pro salute alterius, uide quæ dixi plene §. in c. nisi specialis, de auct. & vsu. p. l. in v. apo. mea.
- b † Licet fingere. Vide do. Iason I manifestat in p̄tudinis. ff. de iur. iur. ubi ponit in col. fi. quomodo debeo iurare si quis secreta mihi mutauerit pecuniam, & secreta restitui, & de iuramentum an mutauerit. §. b. Sap.